



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 141. Croja, & Scodra a Turcis capta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

ducias offert, simulque Quecertum, & Sæcul. XV. A.C. 1477.
 Bunium urbes sibi reddi, ac Cameracum
 neutrius imperio addici postulat. Ma-
 ximiliano hæc oblata acceptante, die de-
 cima octava Septembris induciæ Landi
 utrinque firmatæ sunt, quæ tamen haud
 diuturno tempore perdurabant.

Lens

§. CXLI.

Croja & Scodra a Turcis capta.

Interea Turcæ affiduo belli furore Chri-
 stianos vexabant, & Crojam in Epiro Marin. Bar- let. in hist. ob- fid. Scodr.
 post annuam, eamque gravissimam obfi-
 dionem in deditionem accipiebant. Nec
 his limitibus victoriarum cursum circum-
 scribebant; Scodram quoque urbem, fru-
 stra alias oppugnatam, tandem in suam
 redigunt potestatem, Venetis, cum nu-
 mero impares, ac suppetiis destituti es-
 sent, eam tradere coactis. Cum vero
 Matthias quoque Hungariæ Rex ad co-
 hibendos Turcarum progressus in Italiam
 accersitus, inde pedem referret, Maho-
 metes hujus fuga opportune usus, vali-
 dum exercitum illuc misit, jam solis Ve-
 netis totius belli pondus sustinentibus.
 Hanc ob causam Scodram urbem, quæ
 Fænarium in Peloponeso prope Spartam,
 hodie Matapanum Promontorium dicitur, Capo Mata- pan.
 Insula in mari Egeo. Cogebantur etiam
 annum

Sæcul. XV. A.C. 1477. annum millium (*) nummum aureorum tributum Turcis pendere, ut Venetis ad Græciæ emporia navigatio tuta pateret. Scodrenses ferme omnes relicta patria extorres fieri satius esse ducebant, quam sub Turcarum tyrannide vivere; unde ad Rempublicam Venetorum confugiebant, a quibus perbenigne excepti sunt.

§. CXLII.

Bellum Regis Hungariæ adversus Imperatorem. Vienna obsessa.

Bonfin. 4.
dec. 5.

Cromer. lib. 8
in fin.

Michov. l. 4.
v. 72.

Matthias Hungariæ Rex non alio ex fine ab armis adversus Mahometem conquievisse videtur, quam ut celebratis nuptiis cum Beatrice, mox Imperatori bellum inferret; nullis enim moræ induciis maturiori consilio indultis, Austriam infestis armis invadit, eam late devastat, ipsamque Urbem Viennensem arctissima obsidione cingit. Cum vero Fridericus, qui a bello ob sumptus in eo impendendos alienissimus, ac præterea militaris peritiæ omnino expers erat, rogaretur, ut pacem redderet, Matthias Cæsari eam concessit, iis tamen concordiæ legibus, ut Fridericus se omni jure ac titulo regni Hungarici abdicaret, & Mat-

(*) Apud alios, Historicos legimus OCTO millia.